Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



410

idem apostolus ait · Quoniam ignorantes dei iustitiam · & suam volentes constituere · iustitiae dei · non sunt subiecti · Dicit quippe
dixit iustitiam qui homini ex deo est · suam uero quam putant
sibi sufficere ad faciendam mandata · sine adiutorio & dono eius
qui legem dedit · Hi autem similes sunt · Qui cum putentur
esse xpianos · ipsi gratiae xpi sic aduersantur · ut se humanis
uiribus diuina existiment implere mandata · Ac sic & ita ipsi
ignorantes dei iustitiam · Et suam uolentes constituere · iusti
tiae dei non sunt subiecti · Nonquidem nomine · sed tamen
errore iudaizant · Hoc genus hominum capita sibi inuenerat
pelagium · & caelestium · impietatis huius asectores acerrimos ·
qui recenti iudicio dei p diligentes · & fideles seruos eius · & iam
catholica · communione priuati sunt · & ppter cor inpenitens
adhuc in sua damnatione p sistunt · Quisquis a bis tocurnali
& animali atq: ideo non immerito reprehensibili atq: dam
nabili iudaismo ee · quaerit alienus · non solum uetere illas
observationes a se facere deb & alienas · quae iam reuelato
testamento nouo · postea quam uenerunt eaque pillas significa
bantur · ee · uentura p cul dubio · ee · necessaria destruerunt ·
ut non iudicetur in cibo & in potu · & in parte diei festi · & in neome
niae · & sabbatorum quod est umbra futurorum uerum & iam illa
quae in lege tra preceptu sunt ut ualeant ad infirmandos
mores fidelium · id est ut abnegantes impietatem & seculares
cupiditates · temperanter & iuste & pie uiuamus in hoc
saeculo · Unde est & iam hoc · quod ex lege maxime commen
dandum elegit apostolus · Non concupisces · & quaecumq:
de lo & p̄ximo diligendo · sine ullis figuris sacramentorum
praecipiuntur in lege · In quibus duobus precepta · & iam
ipse dns xps dicit totam legem pphas q: pendere · sic accipit ·
si ampleatur · si obseruandae esse non dubitat utque quid